



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 2. Conjunctio Equitum Christi cum Teutonicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

si insultent tibi. Nuper admodum voluerunt e Regno me pellere, ut forsitan audisti. Ad hæc verba Legatus Scotiam ingrediendi desiderio moderationem adhibens, apud Angliæ Regem sibi prorsus submissum permansit. Italum tamen cognatum suum Scotiæ Regi reliquit, qui eum creavit Equitem, ac fundo donavit, ne Papæ omnino resistere videretur.

Sæcul. XIII.

A. C. 1237.

§. II.

Conjunctio Equitum Christi cum Teutonicis.

In Livonia Equites Christi & Cruce signati magnam ab ethnicis stragem passi sunt circiter Festum S. Mauritii, scilicet 22 Septembris 1236 Volquino secundo Ordinis Magistro cum 50 suorum Equitum ibi cæso. Is vero jam ante sexennium ad Hermannum Salsium generalem Ordinis Teutonici Magistrum solennem miserat legationem, quæ duorum Ordinum conjunctionem procuraret: & Hermannus cum fratre Joanne Magdeburgensi Volquini Legato Papam adierat, hanc ei rem commendaturus. Interim frater Gerlacus Rufus e Livonia veniens cladem Christianorum, & Volquini mortem nunciavit. Tum vero per motus Papa fratres Joannem & Gerlacum Equitum Teutonicorum veste induit,

Alb. Stud. 1236.

Petr. de Dusburg. Chr. Pruss. c. 28.

Sæcul. XIII. duit, album cuique pallium cum cruce
 A.C. 1237. nigra præbens : eosque iussit idem face-

re omnibus cæteris in Livonia Christi E-
 quitibus, quibus alias duo gladii tanquam
 sua in vexillis insignia nomen dederant.

IX. ep. 64. Hanc conjunctionem Summus Pontifex
 ap. Rain. autoritate sua firmavit per litteras tri-
 1237. n. 64. bus Episcopis Rigensi, Osidicensi (cujus
 sedes incognita mihi est) atque Derpa-
 tensi scriptas. Earum summa est hæc:

*Fratres Ordinis Christi cum Fratribus
 Teutonicis S. Mariæ unum in corpus re-
 digi non semel cupierunt, sperantes, hac
 ratione ethnicos facilius subactum iri. Quam
 ob rem illos & omnia eorum bona meri-
 to jungimus, ita ut Episcopis, cæteris-
 que Superioribus suis obnoxii maneat.*

ep. 66. *ibid.* Dabat 13. Maji an. 1237. Eodem tem-
 pore Guilielmo, suo in Livonia Legato,
 priori Episcopo Mutinensi scripsit, ut Da-
 niæ Regem Teutonicis Equitibus propi-
 tium redderet, in ejus terris sedem pone-
 re si vellent.

ap. Rain. Verum post annos paucos hi Equites
 1240. n. 35. vehementium contra se questuum causam
 Episcopo Borussiae dederunt. Homines
 illis in locis natos ab amplectenda Reli-
 gione Christiana avertabant, duriorum in
 eos dominatum exercituri : ac neophy-
 tos habebant tam crudeliter, ut multi ad
 veterem superstitionem suam redirent.
 Quamvis Equites amplissimos fundos ab
 Episco-

Episcopo, aliaque beneficia accepissent, Sæcul. XIII. jurassentque, se ejus jura tuituros esse, A. C. 1273. annuos tamen ejusdem fructus in contentionem vocatos sibi vendicabant, & nobilem Borussum, quem ille obsidem nactus erat, interfecerant, quia certam pecuniæ summam ipsis pendere recusabat. Atque hoc liquet ex epistola Papæ an. 1240 ad Episcopum Mindensem scripta, qua hunc jubet Religiosos illos adigere, ut Episcopo Borussiae satisfaciant.

§. III.

Papa S. Francisci stigmata affirmat.

In Bohemia Fridericus Episcopus Olomucensis litteras patentes edidit, quæ perhibebant, nec S. Franciscum, nec alium Sanctum in Ecclesia cum stigmatibus exhibendum esse; contrarium defendentes peccare, nec mereri fidem, tanquam fidei inimicos. Evechardus Ordinis FF. Prædicatorum longius est progressus. Nam Oppaviam tunc Moraviæ, nunc Silesiæ urbem delatus, palam e sacro suggestu dixit, S. Franciscum in corpore suo stigmata non habuisse; FF. Minores populo in templis imponere, & falsa proferre; nec nisi stipis copiosius accipiendæ gratia illud asserere; ex auctoritate Summi Pontificis se in illos anathematis. *Vading. an. 1237. n. 1. 2. 3. Rain. n. 60.*

Hist. Eccles. Tom. XX. S thema